



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXI. V. teneatur homo iure Diuino, articulo mortis seu necessitatis secluso,
crebriùs confiteri in vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

maximè Diuino iure fit necessaria Cōfessio ad abstergendas peccatorū maculas; & Vnctio ad eradendas earum reliquias.

Tenetūrne homo iure Diuino, articulo *Quæstio*
mortis seu necessitatis secluso, *XXI.*
crebrius confiteri in
vita?

*S*Ecluso iure positiuo, & mortis periculo, *Respōsio.*
tenemur iure Diuino toties cōfiteri, quoties periculū est humano iudicio, ne in obliuionem peccatorum veniamus.

Id quod probari potest ex huius præcepti fine, hoc modo. Sacramentum Poenitentiaë institutum est ad remissionem omnium peccatorum obtinendam per Confessionem & Absolutionem; sed Confessio sine eorundē peccatorum memoria integrè (vt oportet) fieri nequit: Ergo cū probabile periculum obliuionis occurrit, necessariò confitendum erit.

Ad hæc, tenemur iure Diuino DEVM diligere, & ipsius obseruare mādāta; sed horum neutrū absq; gratia præstare valemus: Gratiam autē, peccato amissam, post Baptismū citra Confessionē, re, vel voto, susceptā, recuperare impossibile est: Ergo vt gratia Diuina adiuti DEVM diligere queamus, & ipsius mandata obseruare; necessariū est confiteri, etiam extra mortis periculum.

Caput I. De Necessitate

Necessaria quoque est Confessio, si quis naturæ vitio in vnum aliquod peccatū, vel etiā plura, ita propēdeat; vt ea facillē nequeat euitare: sæpius ad Confessionē, tanquā præsentiſsimū istius mali antidotum recurrendum est. Postremò, cū extimulat conscientia, & eò nos inuitat, & tantū non trahit: Confessio omninò præmittenda non est.

Quæstio Quando tenetur homo iure humano
XXII. *confiteri?*

Respōsio. SEmel in anno, vt definitū est in illo Canone. Omnis vtriusque sexus &c. Præterea idem definitur in Concilio Tridentino, cuius verba sunt; Si quis dixerit ad Confessionem omnium peccatorum, qualē Ecclesia seruat, nō teneri omnes & singulos Christianifideles, iuxta magni Cōcilij Lateranensis constitutionē, semel in anno, anathema sit.

Cō. Trid.
Sess. 14.
Can. 8.

Sed quæro ergo, quando? Nā in illo Cap. Omnis vtriusque sexus &c. non determinatur tempus, ac proinde vigore illius præcepti non magis obligamur confiteri in Quadragesima, quā extra: Sanè ita est, Quamobrem, si quis extra Quadragesimam semel fuerit confessus, si postea aliquo laborauerit impedimēto, quò minus communionis particeps fieri queat in Paschate, nō tenetur confiteri in Quadragesima; modò post nouissimam Confessionem non præterierit annus.

Et